UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Provincia Pervana

urn:nbn:de:hbz:466:1-68850

Visual Library

# PROVINCIA PERVANA

PERVANA PROVINCIA ea nobis eſt, quam ab Americo Veſpucio, qui in eam primus ignotam ſuperioribus ſæculis orbis terræ partem felici iuxta audaciq. nauigatione penetrauit, Americam dixerunt. haud ſcias, latior, an longior pellē videtur referre detractā e corpore animalis. Supra Aequatorem gradus decem, cum Hiſpania Noua, qua ad Septemtriones vergit, quodam quaſi committitur iſthmo. Infra, verſus Auſtrum, ab ora, quam Magellanicam ferunt, freto diuiditur. Verſus Orientem, a Braſilia, altiſſimis montibus diſcriminatur. Ceterū ipſa Oceano circumluitur. Varias habet gentes nationeſq. quarum partem tributa pendunt Hiſpaniarum Regi, cuius iuſſu nouæ aliquot conditæ vrbes: vnde & Hiſpani, ſiue præſidij cauſa, ſiue regiminis, in illis locis compluſculi: partem ſuos habent Regulos (Ingas vocant) poteſtatis vix ferendæ: partem propter loca inacceſſa, ferarum more victitantes, libertate frui videntur. Terræ nonnullæ feruidis excoctæ Solibus: infames frigore nonnullæ: ſunt et mediæ. Mores diuerſi regionum: interdum etiam oppidorū haud longe diſtantium, linguæq. diſſimiles. Alibi molli homines ingenio, & habili ad diſcendū: alibi duro & agreſti. Quædam ex ijs ſuis locis reddentur. Sunt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim ea noſtris, qui vt Diuini inſtitores tam mi rimantur, quo animas Chriſto lucrentur, non inco perta. Sunt autem in Prouincia diuiſi centum oc ginta quattuor, per Collegia quinque. Limenſe. Cu chenſe. Potoſinum. Arequipenſe. Pacenſe. et ſe tres. Sancti Iacobi, quæ Lima non minus abeſt duobus millibus. Tulenſem. Panamenſem. Ex te re omnibus locis fiunt Miſſiones perutiles. Sex p anno extincti: inter hos fulmine vnus, Pater Chri phorus Ortizius, ſtrenuus procurator rei Chriſtian Eorum locum expleuerunt duodeuiginti. De anno ſteriore neutrum liquet.

## LIMENSE. COLLEGIV

LIMÆ Tyrones inſtituuntur. adſcriptus in ter ceteros vnus, hoc maiore vrbis, & Hi norum admiratione, quo delicatior ipſe, & nobil Ex Hiſpania cum Prorege venerat, eiq. erat, ca eius filio, & cohorti vniuerſæ, tum parentum co mendatione, tum ſuis etiã virtutibus, vnice carus proſecuti prope Aulici omnes, cũ contemnens Au Regiam, ad humilẽ Dei famulatum in Collegium ve nit. Litterarum ſtudia & Sodalitium Virginis ſuum curſum tenent: niſi quod addita ſuperiore anno claſ ſis Rhetoricæ. Doctorum magna tum apud omnes, tum apud ſacros Quæſitores exiſtimatio. ijs librori corrigendorum ad normam libelli nuper emiſſi, onu impoſitum. Suus & concionantibus, & vinctos in carcere viſitantibus fructus. Vnus ex his cum ſer



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nili probro eſſet reſperſus, tamquam improbus & fu rax, intolerans infamiæ, impreſſo cultro venam ſibi lacerti aperuit: e quo manauit tanta copia ſanguinis, vt in terram exanimis caderet: itaq. repertus, vt nec quicquam loqueretur, nec exaudiret inclamantes, ſeſquidiem iacuit alienatus a ſenſibus: et, ſi Medicis crederes, nulla ſpe ſalutis. ad extremum vocatus ſacerdos, reliquiariam arculam, vbi & perparuula particula Sanctiſſimæ Crucis, imponit ſemimortuo. tum omnes Cælitum ordines inuocans, exorditur preces: nec dum peractis, brachium primum mouere, tū redire ad ſe uiſus æger: locutus denique, nec multis poſt diebus ſanatus eſt. De Aethiopum numero in hac urbe, deq. ratione eorum ſalutis promouendæ, quemadmodum etiam de Indorum, quoniam accurate perſcriptum eſt Annalibus proximis, actum non agam. Excipiam unum, alterumue de Indorum pudicitia. quæ eo admirabilior, quo olim eius in his partibus rariora exempla. Mulier quædam Hiſpanum adoleſcentem vrbano laſciuientem luxu ab ſe remouebat: contra tendentis os, animo commotior, verberauit multis inſpectatibus. Hanc ille tam inſignem iniuriam cum ferre non poſſet, illam atrox referijt, non ita dolentem acceptis plagis, vt punita iuuenili procacitate lætantem. Mulier altera Indum hominem, a quo domi ſolicitabatur, aduocatis qui ſibi opem ferrent, verbis verberibuſq. male accepit. eadem alterum e primoribus idem tentantem, acciſis crinibus (quod illi genti indecorum) ceteroqui remiſit intactum, cū hoc dicto. Ite nunc, & diſcite pudicitiam: vt

ſciant

ſciant mortales, iam tandem eſſe apud Indos Diui
Numinis reuerentiam. Sed, vt ſit quoque ſuus hon.
ſexui meliori, accipite in eadem re diſpar exemplum.
Iudus vnus pietati deditus, mulierem, quæ captata
occaſione noctis, & ſomni, impudẽs obrepſerat, per-
tinaciq. contentione vſque ad lucem vincere deſti-
uerat, non irritam ſolum propoſiti dimiſit, ſed vehe-
menter increpitam, quod Deum cõtemneret, quem pau-
cis ante diebus horribili tremore terræ minatum
erat ſceleratis hominibus interitum. Tã crebri ſunt
in Limenſi agro motus terræ, vt veluti iam familia-
res, leuius accidant. etſi anno ſuperiore ab Truxillo
(vt auditum eſt) Cuſchum vſque, totis millia-
ſexcentis, vexatis quæcumque adiacebãt regionibus
poſteriore autem præter conſuetudinem Chilup.
eo tractu, tam horrendo extitit fragore quaſque
multis proſtratis oppidis, propius ruinam fuere
quæ perſtitere. De vtroque breuiter exequimur.
Anno igitur huius ſæculi octogeſimo ſexto, ſeptimo
Idus Quintiles præcipiti in occaſum die, Lima, tota
moueri cœpta eſt, tremore paulatim increbreſcente,
quaſi admoneret, daretq. effugij locum. quo longior
porro tremor, eo timor maior, & periculum præſen-
tius. Vibrari ac ſuſtolli ſolum in modum maris agita-
ti: mortales ac ſi vectarẽtur naui, hac atque illac fer-
ri, nihil aliud niſi hauriri metuentes. Tempeſtas, quæ
alias non vltra tonitruum non ita ſubito detonuit. No-
ſtri eo tempore in vnum coacti (erant plures octogin-
ta) omnes incolumes, vno excepto: qui cum ſe in ea
trepidatione ſub lectum coniecisſet, ictu lateris e pa-

riete

*riete collapſi offendit genu. Quod ſi incidiſſet tremor nocte pleniore plerique obtriti eſſent: incolentes ſcilicet ſuperiorem ambulationem, quæ tota ruit, ſicut & faſtigium templi, aliæq. contignationes. quamquam nullus eſt fere paries, quin vitium fecerit, & minetur ruinam. Idem accidit reliqua vrbe. Domus ſubue ſ, tigna et laquearia diſſipata: nihil eādem labem nō ſenſit. Vbi aliquis fuit quieti locus, noſtri ferentes laternam, vt minuerent obſcurum noctis, in varias vrbis partes exierunt opitulatum plurimis, qui quaſi fanatici & impotes ſui, inueniebantur errantes. Prorex admirabili Dei prouidentia defenſus. is ab vrbe aberat ea nocte non procul. in portu Callao adornabat naues argentarias incipiēte tremore, quem leuem rebatur, ac ſimilem ceterorum, in fortuitum fornicem ſeceſſerat. paulo poſt ad eum filius. exorat vt inde abeat. vix pedem extulerat, corruit fornix. ad murum proximum contedebant: ante eorum conſpectum collapſus eſt. ita attemperate factum, vt neque in fornice deſideret diutius, neque maturius diſcederet: alioqui alterutro caſu deprehendendus. hic ille anceps, & metu defixus, nautæ cuiuſdam tuguriolum cogitabat, vbi pernoctaret: ſed detinuit eum ſacerdos Chilenſis e ſua cohorte: qui Chilæ tremorem huic ſimilem memorabat, quem ſtatim cōſecuta inundatio maris eodem ſpiritu infuſi. itaque Limam, a littore diuerſo itinere relictis rebus omnibus, properandum. Nec diutius tenuit conſultatio. vix enim ea ſacerdos, cum intumeſcentis fremitus maris auditus: ſimulq. viſus, tanto impetu, vt partē*

tugurij,

*tugurij, in quo Prorex erat, manendi incertus, aſpr-
gine contigerit: altera pars molienda ferro a quart-
tibus fugam, fluctu inſequente. ita multa de noct-
quæ omnia maiora territis oſtentabat, ægre Lim-
peruentum. Mare vltra trecentos paſſus terram-
rumpens, omnia ædificia, quæ in portu erant, rela-
uit, merces pleraſque corrupit, quinque homin-
ruit. In vrbe etiã ipſa euaſere multi fere miracul-
Mulier puerũ trahens manu, in egreſſu domus pr-
ſa eſt muro labente, eoq. ſepulta lacertorum tene-
ſine iniuria. Domi altera erat cũ liberis. ecce tibi tri-
vlnarum ſpatio labefactus paries ab imo ad ſum-
ut mirum fuerit ſtetiſſe. Sex ſeptem mulieres era-
in vna aula: ex omnibus eius partibus, extr-
ubi ipſæ erant, delapſi lateres reliquerunt inta-
Pater, qui cum tribus filiolis cœnabat, ingruente m-
tu, domo ſe proripuit: pueros menſa, ſub quam con-
ſerant, a ruina tecti defendit. aliaq. eiuſmodi p-
euenerunt. quamquam de multorum morte (m-
mum viginti) ſimiliter traditum. Aleatores duo-
ro intercepti. tertius elapſus. Et ſane fuit uaſt-
non parua: cui tamen ignoſcunt omnes, uidelicet-
prouecta nocte accidiſſet, damni cogitatione maior-
Poſt id tempus, nemo ſe domi ſecurum putauit: n-
dubie ſtant ea etiam, quæ relicta uidentur. in horti-
in uijs latioribus, in plateis ſibi fixerunt tabernac-
la. omnes ſe publico credunt. Ipſa porro ciuitas a-
uerſus irati hæc ſigna Numinis Sanctiſſimam V-
ginem patronam adoptauit, eiusq. Viſitationi ſa-
crum diem, poſt quem, die ſexto hæc obuenerunt, ſo-*

lemni

lemni cærimonia, peruigilioq. ac ieiunio celebraturam uouit. Hæc de terræmotu Limæ, ubi noſtri. Chiti autem (ubi item e noſtris quattuor) tertio Kalendas Septembres inſequente anno poſt Solis occaſum horribilis accidit tremor terræ, & formido hominibus maxima: nempe ex inſolito. Noſtri eo tempore vna erāt. egreſſi igitur in impluuiū, prouolutiq. in genua, concuſſa tellure, ac fluctuante, cum interea omnia æra campana vrbis perſultarent; non aliter atque rotato corpore uertigine aſſidua, attoniti mortem expectabant. ſed reſidente ſpiritu, imminutus timor: digreſſiq. cum laternis, optatam perculſis hominibus opē tulerunt. Domi nihil offenſum: quod eo magis mirum, quod ipſa vetuſta, nec tutæ firmitatis. cetera in vrbe, quaſſata multa templa, & priuatorum ædificia proruta quamplurima. mors ſecuta aliquorum: plures in capite vulnerati. In oppido alio vicino aliquot homines terra dehiſcens, in voraginem condidit. In alio, vbi nullus aquæ fons, omnes domus euerſæ, & eruptus torrens odoris fœdiſſimi. Magna pars montis auulſa pecudes multas earumq. cuſtodes oppreſſit. Crepuit etiam lacus, bonamq. partem popularium abſorpſit. Singula ſi narrem, aberrem longius a breuitate propoſita. Vnum tantum ſimile adijciam. Quarto anno ante, non longe ab oppido Chichiabo, mons alter lacum bene magnum, oppidumq. cum omnibus incolis operuit, plurimoſq. mortalium viuos e viuentibus abſtulit: ſolo videlicet ſine vllo veſtigio prioris habitus deſuper extento. vnus tantum ex illis terræ fluctibus enatauit, tantæ cladi ſuperſtes. Quibus rebus

omnibus

omnibus cumulatam religionem animis hominum
ſere operarij noſtri, qui ex inſtituto in hunc agr
mittuntur. e quo meſſis permagna illis, nobis mat
ſcribendi. Sed hic nihilominus circũcidentur com
nia, tamquam comperta vſu, ac leuia memoratu,
ad minus contrita veniamus.

## DE. EXCVRSIONIBVS. E CVS chenſi, & Potoſino Collegiis.

ET PRIMVM CVSCHO excurſum
regionem, quæ Andes dicitur, ad oppida, q
rum inter montes valleſq. ſitus aſper, iter ita
lubricumq. per loca plerumque limoſa, & ten
no, vt cum pedibus conficeretur, & ad id, q
erant, ſparteis vterentur calceis, baculoq. ni
ſuſtinere ſe a lapſu vix poſſent. Magna ad eos m
tudo affluentium gratia confeſſionis, quatridu
nullis itinere ſuſcepto. et quoniam non in eodem
noſtri diutius, perueſtigabant eos, quocumque
viri feminæq. paruos trahẽtes liberos, Quipos m
geſtantes. Eſt autem illi genti Quiporum vſus g
nus Arithmeticæ noſtræ. Nam, vt nos, vt tene
numerum rerum, certas adhibemus notas, ita illi
dos in funiculis, quos Quipos appellant. Nihil
terris, quamcumque conficere ſummam, aut ſub
cere rationem velint, quodcumque partiri, aut co
mittere memoriæ, hoc Quiporum artificio fide
Hæc ratio numerãdi preces, hæc ſingula percen
in confeſſione, ne quid excidat. Ex illis autem
culis,

culis, quæ ſacerdotem præpotentem Dei Miniſtrum ac vim tenentem Numinis ſalutabant, fuit vna, quæ viſum a ſe virum dixit, decora facie, demiſſo capillo, ingenti & cana barba, conformatis dexteræ digitis in ſpeciem benedicentis: qui hæc ei locutus. Quo te is perditum, niſi bene peragas confeſſionem? adi ad Societatem IESV: quære ſacerdotem (eumq. nominabat) hic tibi rite recteq. confeſſæ plenam dabit veniam peccatorum. Mitto iam illa ſolita, de pellicatu mutato in nuptias: de reſtituta pecunia: de auctis piorum Sodalitijs: de pacatis diſcordibus: de alijs, quæ obuiam habēt ſimilitudinem & ſatietatem. Aegrotus erat quidam Indus iam ætate prouecta, vxorem domi habebat, habebat & matrem extrema ſenectute. hic cum ſacerdotem accerſiſſet, profuſis lacrimis, narrat ſe non dum fuiſſe baptizatum, falſo tantum & fallaci nomine Chriſtianum. Cum enim, inquit, huc primum illata eſt lux fidei, nullus hic erat ſacerdos, dein me pater in alias terras abduxit: vxorem in reditu accepi, cum habitu rituq. nihil a Chriſtianis differrem petij a parocho Baptiſmum: ſed ille, quamquam idem teſtaretur, & obteſtaretur mater, non credidit, aut neglexit. Iam tu, mi Pater, noli perpeti, tua cauſa æternis obijci Inferorum ſupplicijs hanc animam, quam Dei filius tam grandi pretio redemit. idem cum oraret genitrix, ablutus eſt, & viſus conualeſcere, Chriſtiana cærimonia cum vxore iunctus.

EX COLLEGIO POTOSINO, cuius obuentionibus annuis prædium acceſſit, ſacroq. orna-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tui, caput ex vndecim millibus, quibus dux
Vrſula, gemmis atque auro illuſtre: ierunt in
minimum ſeptem: et in pleriſque, eorũ aduentu
uiam effuſis oppidanis, lætitia cantuq. celebrat
que, ut generatim multa comprehendam, bapt
perceperunt non minus ſexcenti uiginti: et
ætate proceſſerant: bonã partem opiliones
quibus magna ignoratio rerum Diuinarum
montium editis geluq. concretis inculti: atque
rocius agitant. Multorũ celebrata ſollemnia
rum ritu Chriſtiano. Mirum, quam Curacæ (
primores oppidorum) laborarint in ſuis famil
ſticiſq. qui in mapalibus habitant, ad Baptiſm
ducendis. Quibuſdam in locis coronati homi
uacro recedebant, & ramos manu prætendentes
pa perhonorifica. Vrcæ (et hoc oppidi nomen
dit quiddam, in quo non ſine miſeratione
minum imperitiam. Incidit ſacerdos in virum
minam coniuges. ille cæcus erat, hæc clauda.
uit cæcus ſtatim Baptiſmum, ne in Tartarum,
eſſet lotus, deſcenderet. Chriſtianum non eſſe
inquirendo comperiebat: docere inſtitit. poſte
vix cœpta luce, ad eum feſtinat clauda vxor: ma
memorat Chriſtianum olim alibi a presbytero
& Antonium vocari. Tum noſter, ad eum acce
quærit rem, vti ſe habeat. Sed cæcus ſimpliciter
ter mi, inquit, neuter noſtrum Chriſtianus eſt,
pia argenti, quo te viciſſim muneremur, vxor
xit mendacium. at ſacerdos partim excuſata
increpita eorum ſimplicitate: Nihil veſtro, inqu

hi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*hi opus argento. Et adductum vtrumque ad Optimates oppidi, baptizauit.*

## PACENSE. ET. AREQVIPENSE Collegia.

PACENSE *etiam Collegium auctum, templumq. ornatum tabula pulcherrime picta, Sanctorum reliquijs honeſte collocatis, & Cruce, vbi particula Crucis Dominicæ colluſtrata auro, margaritiſq. diſtincta. Incolarum magna ad conciones frequentia: ad quinque interdum millia numerantur. beneuolentia tanta erga nos, vt de noſtris erga ſe ſtudijs, in circulis, & conuiuijs humaniſſime diſſerant. in quibuſdam eorum elucent antiquæ probitatis exempla. Mulierum aliquarum caſtitas aduerſus vim tormẽtorum intacta. earum vna complura vulnera, quibus in mortem affecta: altera, ſuper verbera, candentes ſoleas equinas manibus pedibuſq. admotas, quibus ſemuſtulatum corpus, contempſit. Ita ferro igniq. pudicitia impenetrabilis.*

PIETATEM *Arequipenſium auxit exercitiorum vſus priore anno tradi inceptus. Viginti facti eorum participes, numquam ſibi fuiſſe melius fatentur. eorum vnus tale conſecutus donum lacrimarum, vt de Deo audire aliquid, aut dicere incipienti, ſubito erumpant. Doctrinæ Chriſtianæ diſcendæ alacritatem addunt incolarum animis verſus patria lingua compoſiti, qui aſſa voce concinuntur. eius ſtudio veniunt aliqui quinquaginta amplius milliarium in-*

teruallo : et ex ijs quidam vitandæ offenſionis
chorum, noctu iter capeſſunt. Sacro fonte abluti
nulli. e quibus duo obierunt extemplo. Suſcepta
ria loca profectiones ſex ſeptem. vnam excipiam,
reliquæ ſimiles fuerunt. Iter millium centum
via ardua, aſpera, confragoſa : et interdum ſemita
anguſta, vt hinc atque hinc apertis præcipitijs
ne vertigine non aſpicias, non inambulandum
pedibus, ſed etiam manibus perreptandum. ad hoc
quando per tramitem minus exiguũ, vnus e
quem ducebant periti itinerum, lapſante equo
ram datus, haud multum abfuit, quin abijceretur
profundum. auxit terrorẽ recordatio Patris
qui pridie de cælo tactus. Ad oppidum uẽit,
Chichi: incidit in ægrotum meliore doctrina,
ma: pellicem habebat: hanc vt emitteret, nullo
ne poterat adduci. it ad eum noſter ſemel atque
rum: euincit tandem vt inducat animum ad
aperienda: ſumit ſpatium cogitandi. ſacerdos
ad templum cauſa confeſſionum. ægroti, quem
querat, cura non paſſa mentem conſiſtere, caritas
cenſam. ad eum multo citius quam deſtinarat,
mihoram reuertitur. lætatus ille vehementer
aduentu. tum, concubina exacta, magno ſenſu
confeſſionem inſtituit: poſt quam abſolutam vix
ſa erat hora, cum ſuauiſſime animam dedit. Hinc
greſſum, poſt iter bidui excepit oppidum Cauch
læto oppidanorum occurſu, arcubus ad tempus
tructis magnifico apparatu. Habitæ hic de more
ciones multos permouere: inter hos mulierem

qua

quæ amicum deſeruit, cui diu tenebatur pellicatu connexa. quod amator furenter tulit. Id cum reſciſſet ſacerdos, prima nocte, ne quid ille de ſe grauius ſtatueret more impotentium, eum ad ſe accerſi iubet. uenit, vultus colore pariter, atque animo trepidus. nec feſellit ea oris immutatio. paulatim interrogando noſter expreſſit, eum, ipſo momento, quo vocatus eſt, vt mœrori faceret finem, de conſciſcenda morte cogitaſſe. Is deinceps ad meliora animo agitanda, & facienda, ſacerdotis oratione traductus.

## SEDES. PANAMENSIS. ET Iulenſis.

SEDES PANAMAE Lima abeſt milliaribus mille quingentis. Huc primum appellunt qui ex Hiſpania in Indiam nauigant. ita ab hac Sede vſque ad vltimos fines Regni intercedũt milliaria amplius tria millia. ex quo apparet quanta ſit longitudo regionis, quamque multos operarios ager deſideret. Hinc cum claſſis argentaria cum magno præſidio militum non longe abeſſet a portu ciuitatis, vt vocãt, Nominis Dei, eoq. mercium cauſa affluerent mortales quamplurimi: miſſi duo: qui non tantum in itinere Crucis trophæa ſtatuentes, ſed multo magis in ipſa vrbe in contrahendis negotijs, mercibuſq. commutandis, ne qua fraude implicarentur animi, multis auxilio fuere. Valetudinarium, quod inopia premebatur, eorum diligentia inſtructum. qui in carcere tenebantur, viſitati ſæpe, et plerique erepti periculo mor-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis : tanta apud Regium Præſidem noſtrorum
erat: qua etiam effectum, vt in eorum diſceſſu
quadrageſimum, apertis clauſtris, omnes, qui
cuſtodia, libertate donarentur.

QVI SIT PERCEPTVS fructus
lenſi ſtatione, ex præſentis cum ſuperiore
comparatione æſtimabis. fuit illud veneficiorum
rax, vagiq. concubitus. nunc venficia prorſus
amor quantus in mulieribus caſtitatis, ex
cile cognoſces. In ſilueſtri loco ac remoto erant
adoleſcentulæ duæ: in has, inſtigante ſolitudine,
tante libidine, totidem iuuenes impetum faciunt,
paribus compoſitis, vt alter alteram
Illæ ſe egregie defendere: et ſi vna fortior,
re arma miniſtrante, molari contorto lapide,
que fugauit, altero percuſſo. Iiſdem armis
vſa alio tempore alia. ſecus vni accidit, quæ
pidis accepit in capite, ſeruati pudoris argumentum.
Sed et vna aliquando cum conſpexiſſet forte
Rectorem in platea cum viro nobili colloquentem,
accedens propius: Pater, inquit, iſtum hominem
mone, vt me ſolicitare deſiſtat. cũ ille diſſimularet
lier, vt erat recens dolore & ira, in eius faciem
ruens, non probris, nõ manibus abſtinuit: ac difficile
me repreſſa. Magnũ apud omnes honorem habet
ſæ ſacrificium, peccatorumq confeſſio. hinc omne
principium, huc exitus refertur: ſic quærentibus
mo Regnum Dei, ex animi ſententia cetera adijciuntur.
tur. Adiuuit hanc eorum conſuetudinem exemplum,
quod proxime memorabo. Adoleſcens nondum

ſimum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimum annum egreſſus: hic educatus aliquandiu apud noſtros, cum oppido exiſſet, ad Arequipenſe Collegiũ intendens, repentino turbine impulſus, et ad terrã afflictus eſt: ſic, vt ex ore & naribus ſanguinem eiectaret. ſuper hæc oblata facies hominis horribilis, manuum nexibus inſeſſo collo, elidere ſpiritum parantis. hoc ille in diſcrimine, IESV opẽ, & MARIAE Matris implorat. Repẽte adſtitit iuuenis, mortali pulchrior ſpecie, cui flaua cæſaries, frons fulguranti Cruce inſignis: volumen in manu auro ſcriptum. haud dubie Angelus cuſtos. hic attonitum iuuenem, & horrore perfuſum grauiter increpat, quod inſtitutus apud Ieſuitas, iter non, a ſalutari peccatorum confeſſione, non a votis precibuſq. in templo, eſſet aggreſſus: nec mirum ſi tam prope abfuiſſet ab Inferis. Hæc cum dixiſſet, nihil diſcedens a cuſtodia iuuenis, tamdiu illum iuxta ſpatiatus eſt, donec tranſeuntes quidam ægrum ex caſu, nec firmo corpore, ad valetudinarium perduxerunt, vbi curatus eſt. Huic, quiddam ſequitur in alio genere non abſimile. Mulier in noſocomio cum eſſet ſupremis Sacramentis inſtructa, contenta voce luſtralem aquam popoſcit. accurrentibus, & cauſam quærentibus reſpondit, deſcendiſſe de cælo in multo lumine iuuenem Hiſpanum, qui inuitabat ad capeſſendam viam. cum ſe aſperſiſſet, ſigno Crucis muniſſet, IESV nomen inuocaſſet, migrauit e vita. Aegrotis duobus viſa ſpecies Sanctiſſimæ Virginis, vni poſt tertium, alteri poſt decimum diem, mortem prædicentis. Alius corpore æger & animo, ad vtramque mortem ruebat, ni raperetur in ectaſim: et primum ad

craſſam caliginem perductus, locaq. obſita tene-
ad ſeuerum Dei tribunal, cauſæ dicendæ ſiſteretur
quo factum, vt ad ſe poſtea rediens, timore pœni-
tarit delicta. Hic ille eſt, quem propter diuturnum
exceſſum mētis, Indi mortuum, & excitatum ab
feris arbitrantur. Ergo huic viro vita animæ red-
at mulieri cuidam etiam corporis. Hæc, vt ſumm-
ſeriæ, qua affligebatur, remedium inueniret, ſe pr-
cit in flumen: morti proxima reſpexit ſuauitatem
tæ. conuerſa ad pœnitentiam, Catharinam Virgi-
aduocat. auditæ preces. extollere illā fluctus, et
toribus quaſi porrigere: a quibus eſt erepta. In
do Copacabani imago eſt Beatiſſimæ Virginis
mis illuſtrata miraculis. de qua, inter cetera
ratur. Laborabat quidam inflatione tibiarum,
litate pedum, impedito prorſus inceſſu. cum ad
plum, vbi ea eſt imago, ſe ferret, apparuit ei Virgo
gilanti ne, an dormienti? neutrum ad me perſpicu-
vtrumque in medio relinquam) docuitq. pop-
lingua de Chriſto Patiente ac Reſurgente can-
quale ne ſuſpicari quidem Indorum ingenia po-
ſent. deinde etiā ſanitati reſtituit. Quod proxime
ijcietur, excedit omnem hominum admiration-
ſed non Chriſtianorum fidem. Equidem quæ tran-
bo, nihil demere auſim de eorum narratione:
legimus in hiſtorijs antiquæ veritatis. Indus pec-
camelorum ſimiles cuſtodiebat in monte. Chriſtia-
quidem, ſed initiamentorum ita negligens, vt præ-
Chriſtianum nomen nihil haberet, aut ſciret. I-
miraculo excitatus ad diſcendum. Muta pecus ex

grege

grege quotidie mane precationum formulam articulate recitans, coarguere videbatur inſcitiã hominis, & ſciendi negligentiam. narrauit hoc ipſe: et verum fuiſſe miraculum, moribus & vita oſtẽdit. Rumor increſſerat, fore vt noſtri ex his locis migrarent. quod ita percuſſit animos hominum, vt e Potoſino agro multi, relicto opere, quo occupabantur, aliiq. complures triduì itinere, ad Regiũ Conſilium properarint, agentes vehemẽter, ne noſtri diſcederẽt: ſine quibus, vti dicebant, viuere non poſſent. Placuit Conſilio ad Regem mitti ſupplicãtium teſtimonium publice obſignatum. Nunc, quoniam ſacerdotes diuerſis temporibus in multa oppida ex hac vrbe deſtinati, ſupereſt, vt de eorum itineribus aliqua repetantur.

CVCVITVM duo profecti, Sodalitatẽ IESV Nomini conſecratam inſtituerunt. octoginta viri nobiles in eam primo adſcripti, multaq. præſtita ad rem Chriſtianam conſtabiliendam. eorum ne obſeruatio vetuſtate elangueſceret, duobus viris, totidemq. feminis ſpectatæ probitatis procuratio demandata. Simile etiam Sodalitium Ilabi (hoc etiam nomen eſt oppidi) conſtitutum. CHVCHIABVM deinde cum iſſent, adultos aliquot ſalutari aqua abluerunt. Percurſa oppida alia, in quibus interdum incolarum, qui ætate alios & pietate anteibant, auditæ voces Deo gratulantium, eſſe in terris homines, qui ſuo labore & periculo emerent vtilitatem aliorum.

OBITA DEINDE regio copioſa & magna, Pacages vocant. in hac deleta penitus, quæ non plane abolita erant, antiquæ ſuperſtitionis veſtigia.

magnæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

magnæ huius opes gentis:nec abeſt luxus. Feminæ in publicum egreſſæ, e tenui vellere, argento, coralijs paruisq. gemmulis contextum tegmen, leue introrſum, extra intumeſcens in ſpeciem cordis, a ſumma fronte ad nares protendunt, quo partem oris aduelant; & humeris tinnientes bullulas, quæ auditu tantum, non viſu percipiuntur: ita ſtudioſe occultant. PVCHI-NAS deinde aliasq. terras non ſine fructu transgreſſi, CVSCHVM, cuius ciues plurimi, ſex passuum millibus proceſſerant obuiam, magna cum gratulatione & lætitia venerunt.

SACERDOS alius alio miſsus. vbi cum homines reperiſſet rudes religionis, quinquagenos erudiens, ſexcentos inſtruxit. trecentos audijt demum vitæ criminibus confitentes. Vnus idolum, quod abſconditum adhuc colebat, protulit, concione deterritus. Hinc diſcedens, alio atque alio conceſſit. ſed quod vno quodam in oppido contigit, quoniam exemplum vnius eſſe potuit pluribus documento, omitti non debet. Paruus inter hos homines vulgo honor parentibus: filij ab ijs nō abſtinēt manus: vnus, ceteroquin minime malus, cum hoc ſeruat inſtitutum, ſimul fecit & matris cædendæ, & vitæ ducendæ finem. anhelantem ſpiritum, & a verberatione feſſum, infelix, effudit.

SACERDOTES denique (vt omnes complectar) duo, alibi adiuuerunt hominum cœtum, qui ſe Beatæ Virgini addixerat: et congregarunt alterum, ſexta quaque feria voluntariam corporis caſtigationem ſubeuntiū. Et ipſimet Indi flagra ad vnius exemplum, quod aſpexerunt, e lino intexere didicerunt. Alibi

ſollemni

ſollemni pompa baptizarunt ſeptuaginta quinque. Fuit etiam oppidum, vbi dirempta lis inter duos, quæ ſine cæde videbatur finiri non poſſe, magnæ omnibus uoluptati fuit.

CETERVM, quoniam itum etiam Copacabanum, locus me ipſe admonet, ut memorem quiddā, de horum hominū moribus, qui erant ſuperiore ætate, memoria adhuc recenti: cuius cognitio, etiam ſi longule abierim ab incepto, nec minimū habebit oblectationis, & erit fortaſſe illis, qui præſentia component cum præteritis, profutura. Haud procul hoc oppido eſt æquata agri planicies, ubi magna frequentia ſepulcrorum: hic enim Indi ueteres condebantur. ſepulcra ſingula inædificata conſpiciuntur, faſtigijs omnibus in quādam inſulam, quæ e lacu eminet, obuerſis. In eo lacu tēplum extruxerat Magnus Inga, qui hæc auctoritate & imperio regebat loca: eius quanta fuerit magnitudo, ruinis oſtenditur. Soli erat dedicatum, cui gratias agebant in rebus proſperis, ad quem in aduerſis confugiebant, immolatione puerorum: qui deligendi erant ex omnibus decora maxime forma, & candidiſſimi dignitate oris, quod nullo inſpergeretur næuo, nullo eßet naturæ vitio inſigne: ij tamquam ſacri & eximij alebantur mactandi. et ſupereſt etiam hodie magna vir dignitate, et ætate prouecta, religione Chriſtianus, qui memorat, ſe, cum eſſet adoleſcentulus, perductum cum alijs ad ſacrificiū: ſed, quod labeculam haberet in facie, probatum non fuiſſe ab Inga, vehemēter obiurgatis perductoribus. Hoc de Inga duo præcipua narrantur, quæ breuiſſime

adſcribi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*adſcribi non erit abſurdum. Primũ magno ferebat*
*odio in Striges, & Magiæ artis conſultos: quod ſi qui*
*inſimularentur, eos conuictos, non ſolum interfici*
*bebat, ſed eorum etiam & filios, & propinquos,*
*genus vniuerſum: quod diceret natura ferri homin*
*ad ſuorum imitationẽ. Alterum Qui voluntaria mo*
*te naturalẽ occupaſſent (quod erat illis locis ſolit*
*tum) eos ſeorſum volebat ſepeliri in agro deſer*
*eumq. locum ſtatim obſeri ſentibus, quæ ſubinde na*
*ſcerentur. Quippe iniuriam ab ijs Numini factam*
*cuius miſericordia deſperaſſent.*

## PROFECTIO. IN. REGNVM Tucumanum.

EX IIS, *quæ ex hac Prouincia narrabun*
*in poſterum de varijs noſtrorum profectio*
*bus, videbor hactenus velitatus: ita res ſequu*
*quæ eas, quæ a me collocatæ ſuperius, magnitu*
*ſuperarunt. In hac ora orbis terræ, de qua iam p*
*dem dicimus, Tucumanum Regnum eſt, quod Hiſp*
*norum Regi obtemperat: vrbes Hiſpanienſes hab*
*quinque. earum nomina, Salta. Stecum. Sancti Mi*
*chaclis. Corduba. Sancti Iacobi Delſtero, vnde no*
*men in omnes. Hic enim Prætoris ſedes, & Epiſco*
*pium. ab vrbe Lima abeſt milliaribus mille quing*
*tis. ipſa regio in ſpatium ſexcentorum extenditur. In*
*ter has quinque vrbes interiecta oppida cum vic*
*pagiſq. indigenarũ permulta. adiacent vtrinque ſ*
*rimæ gentes, in quas nulla adhuc Euangelij præd*
*pta*

pta, nulla Hiſpanorum arma penetrarunt. earum aliquæ ſuis dicuntur viuere legibus & inſtitutis, vnius parentes imperio. Vltima pars Paraguais proxima, & Braſilijs, loci natura, & incolarum ferocia, indomita. Tota regio omnium copia rerum abundat: vnde, quod plerumque euenit, laſciuia in hominibus, ac luxuries. et quoniam nullæ hic argēti uenæ, aliarum nationum commercijs, & finitimorum aduentibus caret. Ceterum ipſa, vt ita dicam, Pentapolis, cum ſubiectis omnibus populis, præter presbyteros quinque & pauculos aliquot e duabus religioſorum hominū familijs, ignaros omnes Indorum linguæ, neminem habet adminiſtrum animarum, aut Sacrorum interpretem: vt magnam eſſe oporteat in toto Regno tam barbaro, tam fertili, ignorationem rerum cæleſtium, & inueteratam peccandi licentiam. maiorem partē baptizati nō ſunt: quod, ſi qui ſūt, cū minime præculti præparatiq. Catechiſmo Baptiſmū ſuſceperint, præter Chriſtianum nomen nihil habent. itaque hi quaſi recoquendi: veritatem illi docendi videntur. quod, ſiue quia nullum habuerunt vmquam cultum idolorū, ſiue quia ingenio ſunt apti ad diſcendum, non difficile factu arbitramur. Sunt autē in hoc Regno, vt breuiter dicam, linguæ plures diuerſæ, quarum genera præcipua, tria. Toconote, qua in Steci, Sancti Michaelis, & Fluuij, quem Salſum nominant, finibus utuntur. Altera Cala, quæ eorum eſt propria, qui vrbem Sancti Iacobi dominam agnoſcunt. Tertia Sanauirona, quam Corduba cum territorio vſurpat. In hunc igitur agrum amplum iuxta incultumq unde

*de tamen tam larga ſpes ubertatis oſtenditur ...
tu Epiſcopi, cuius magna erga nos humanitas ...
neuolentia miſſi ſunt e Societate ſacerdotes duo ...
tertius Laicus, expertæ omnes probitatis magnæ ...
induſtriæ, & mediocriter periti linguarum. De...
gliſcentibus negotijs, tertius additus ſacerdos. Qu...
in his locis, quos Chriſtianos mores aut nunquam ...
introductos intulerint, aut vaneſcentes incur...
marint, per ſingulas fere ciuitates ordine nu...
rabitur.*

## SALTAM. PROFICISCVNTU...

DISCESSERVNT *igitur e Potoſi Col...
legio anno octogeſimo ſexto pridie Kalen...
Septembres. et Talinæ primum, quæ vltima ...
Regni, ut appellant, Peruani, unde centum ...
ſex milliaria ad Saltam, quæ prima urbs in Tucu...
num euntibus, ſubſtiterunt: donec multi ſe illis ...
xere comites robore non ſpernendo. Iter infreque...
ac difficile. nam etſi æquum ac planum, magna la...
rat aquarum inopia: et, ſi quid eſt aquulæ, illud ...
odoris tætri, fœdiq. ſaporis, ut quo decipiatur ...
guſtatus, olfactus, ſit medicamine aſpergendum ...
cturnum frigus adeo penetrabile, ut uix ſub pellib...
plurima obuoluti ueſte ſe defenderent. Sed hoc fer...
hil erat, præ mortis metu: quod hinc atque illinc ...
dorum gentem deuiam ac ſilueſtrem præter inſita...
feritatem, odium in Hiſpanos continebat in arma...
vt ſi poſſent, neminem progredi paterentur. itaque*

perpe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*perpetuus inceſſus, quaſi pugnandum foret, acie inſtructa. haſtati ducebant agmen, claudebāt ſclopettarij: in medio nostri cum impedimentis ac reliquo comitatu imbelli, uelut in turbam coniecti. nocte in quattuor uigilias diuiſa, ſuam quiſque uicem, non aliter atque imminente hoste, agebant excubias: tertijsdecimis caſtris uentum ad uiam imperuiam ac pæne inexplicabilem, per quam flumen uario flexu crebro intercurrens, ſexcenties uado erat tranſeundum. e quo, ſi auctum fuiſſet imbre, modo ſaxis lubricis fallentibus veſtigium, modo rapida vnda ſubducente, difficile emerſiſſent. Sed, Dei munere, ſereno vſi cælo, & tempore tranquillo, Saltam denique venientes, excepti Magiſtratuum omnium aliorumq. equitum compoſito agmine quaſi ad bellum procedentium occurſu, magno cum honore: impare ſcilicet eorum modestia incenſo ardori totius ciuitatis. In templum primum deducti, tum in ædes viri nobilis, quas ad hunc finem inſtruxerant. Eſt Salta, inter hoſtiles licet terras, in ampla amœnaq. valle, cui ſimilem non cito reperias. eius longitudo octoginta quattuor millia, latitudo, vbi minima, triginta implet. ipſa tantam habet vbertatem fluminum, copiam piſcium, cæli temperiem, fertilitatem agrorum armentorumq. vt præter cultorum frequentiam (eſt enim valde recens, quadriennio ante habitari incepta) nihil magnopere deſideres. Atque hic præter ea, quæ ſunt nostris officijs cōmunia, a quibus breuitatis cauſa abſtineo, fere nihil actum.*

STE-

## STECVM

SALTA diſceſſerunt STECVM, cen
quinquaginta millium via explorata vt pri
& cum cura coacto agmine, incedentes itineri ſimul
ac prœlio, ne improuiſus hoſtis irrumperet, pal
ſiluam & ingentem. et ea eſt regio, quam calore ma
xime vapore Solis accendit. ita iter in noctem diff
rendum. Dies igitur feruidus, nox inquies, loca den
ſis obſita virgultis, veſtem faciemq. ſubinde frang
tibus, ambulandi labor, homines inſuetos defatiga
rant: dum tandem, ad vitandam celebritatem co
ſus (etſi omni ex parte vitata non eſt) expeditione
cte, Stecum ingreſſi, refecti quiete, & humanita
incolarum. Stecum vrbem honeſti Hiſpanorum
bent. Diues terra pecoris, bombyciſque, fertilis fru
gū, omniſq. cōmeatus. Quippe iuxta ripas amni
ius brachio crebris diductis riuulis, pingue ſolū
vineæ, hortiq frequentes, irrigatur. Indigenæ
circumiecta nēpe oppida quinquaginta, plurimi
hebeti admodum ingenio: plerique ſuper Tocon
tem linguam, huius propriam tractus, vt diximus
Quichuicam (ea eſt fere communis Indorum) no
runt. quo adiuuantur facilius a noſtris. etſi alia
gens numeroſa in Stecano, a Quichuicorum ſermo
longe remotiſſima. Luli vocantur. nullum veſti
habent, præter ſemiulnarem puluillum textum
ma Struthiorum (quorū hic magna copia) quo
tur viri feminæq. ad diſcrimina ſexuum obtegend
ad hos etiam aliquando, Deo iuuante, noſtrorum

ra extendetur. Interea Steci, vt correctionem morũ in Hiſpanis, abolitionem prauarum conſuetudinum, concionum utilitatem, confeſſionum neceſſitudinem relinquamus: duo tantum repetemus, quibus adnexa ſunt innumera: matrimonia ſcilicet rite coniũcta, & numerum auctum Chriſtianorum. Huius porro Sacramenti maior vt foret reuerentia, & promptior hominibus animus ad illud capeſſendum: huc intenderunt noſtri, vt magna cum dignitate ſplendoreq. celebraretur. itaque plerique baptizandi, ad templũ, floreo ſerto decorante caput, adducti. Et unus in Steci urbe, ſubiectisq. oppidis, a ſe bis mille quadringentos uiginti quattuor baptizatos ſcribit: omnes fere extrema ætate: multi centenos annos excedebant. et breue quidem hoc dictu: ſed negotium non breue fuit, nec facilis labor. Paſtoris ritu deerrantem ueſtigantis ouem, intrandæ ſiluæ, ſuperanda ardua montiũ, ſcrutanda abdita ualliũ, flumina tranſmittenda, & ut gemma reperiretur amiſſa, euerrenda fuit domus vniuerſa. adiuuit ſacerdotẽ ipſum tũ lingua Toconote, quam percallet ita, vt eius diſcendæ artem conſcripſerit, & compoſuerit indicem vocum: tum ſocij, quo vſus eſt, Laici, eximia caritas, et exquiſita diligẽtia. Ceterum haud ita facile eſt, inire eorum numerũ, quos nuptiarum ſanctitate illigauit. Sed hæc inter omitti illud non debet, quod ad firmandam religionẽ non parum valet, non tantum tradita eius initia vulgo: ad quod & nouitate allecti multi, et aptis excitati præmijs, etiam ſenes aduentabant: ſed & lingua Toconote inſtitutas ſcholas puerorum (per ſingulas fe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re familias ſinguli a parentibus mittebantur) ut propter indolem ingenij diſcere poſſent quadoce-
tur, & quandoque docere quæ diſcerent, propter
ætatis. In ſenibus enim animaduerſum, non natura
defeciße, ſed curam.

## SANCTI. IACOBI. DELSTERO

POST MILLIARIVM centum quin-
ginta iter ſiticuloſum & feruidum, ad Sancti Ia-
cobi Delſtero, vbi ſedem Epiſcopi eſſe memorauimus,
ſe contulerunt: omni populo ad eos excipiendos effu-
ſo. et frondibus viam conſtrauerant. vbi accedebant
propius, proceſſit Sacrorum Antiſtes, Clero mixtus
ſus, ad mediam vſque plateam e regione templi, quo
loco noſtris venerabundis benedixit Epiſcopus, &
clara voce præiuit hymnum Beatorum Ambroſij &
Auguſtini, & Clero ſubſequente, campanoq. concen-
tum inſonante, in templum deduxit primo, & inde
ſuarum in partem ædium, quas deſtinauerat: vultu
ſemper benigno, verbisq. magnum præ ſe con-
ferentibus, eum honorē abnuentes, ſtudioſiſſime
ſecutus. Quæ autem hic geſta, quoniam a Steca-
hil differunt, ſatietatis vitandæ, quam generat ſimili-
tudo, ſilentio tranſmittentur. Ceterum huic vrbi iu-
uentutis inſtitutio, vel in Latinis litteris, maxime ne-
ceſſaria. nempe hic Regni caput, hic Epiſcopus
Eccleſiaſtico cultui mancipandos: ſed eos ita plerum-
que imperitos, vt vix ſciant legere, quæ debent, nedum
dum intelligere, quæ legunt. Ipſi ciues vires no-

ſpiciunt: et iã domus inſtructa offertur. ſeptem octoue eorum liberalitate facillime alerentur.

## CORDVBA

CORDVBA extrema eſt vrbs Tucumanæ ditionis, perinde ſitu & fertilitate, quã nomine Hiſpanæ Cordubæ ſimilis, niſi quod hieme frigidior, æſtate tẽperatior: inter Sancti Iacobi Delſtero vrbẽ, oppidumq. Sanctæ Fidei, quod eſt ad Paraguaos, quaſi in medio poſita, ducenis quadragenis millibus vtrinque abeſt. Huc cum Epiſcopo diœceſim luſtrãte multosq. rite confirmante, peruentum poſtridie Kalendas Februarij. ager late patens, ſpes meſſis exigua: ſiue propter confuſionem linguarum (nam in vrbe, Sanauirona vtuntur: extra vrbem, quot fere oppida, tot linguæ) ſiue propter vicorum multitudinem affixorum in aſperrimis montibus: ſiue denique propter fluxam, vt in hoſtium confinio, barbarorum fidem. ſed noſtris tamen cauſam magis ſpei, quam ſpem intuentibus, nihil tam arduum videtur, quod non in Deum fiducia, & labor improbus extorqueat. et inſtrui homines in vrbe, extraq. incepti per octonos denosq. ſermonum miniſtros. adiuncti hactenus ad Chriſtum octingenti quattuordecim. coniuncti matrimonio ſexcenti viginti tres. reliqua erunt deinceps meliora. et ſi alia molientibus, nuntiatum eſt, quinque ſocios e Braſilia ſubſidio venientes, trecentis ex eo loco millibus, ad oſtium fluminis, quod vocãt Argẽteum, a prædonibus Anglis exceptos, rebuſq. omnibus, & ve

*ſtibus,extra lineam ſubuculam,exutos fuiſſe ni etiam interfectos . ad eos ſtatim, aliquot præ militibus,ne in itinere interciperentur, iuit cerdos , ferens eis corpori tegmina , & quæcum erant victui itinerique. neceſſaria:eoſq. omnes ad cti Iacobi,magna Prætoris,populiq. qui proſe obuiam,multam licet ſub noctem,gratulatione xit.Hæc de profectione in Tucumanum vniuerſ de Sancti Michaelis ( hoc enim erat reliquum niam ea vrbs nondum erat tentata,nihil haben re.Sed quoniam frequens in ſuperioribus Porqu rum mentio,antequam progrediar, hoc indica gentem Tucumanorum Regno cõterminam: rum direptioni ſemper intentam . ita exhi negotium,habent.eorum arcem occupauere vno anno hominum amplius viginti millia tẽ redacta. His omnibus verbo ſacerdos quo eſſet multo melius:ita eſt corruptus,& tor.baptizaturus quemcumque,hoc tantum gat,Petriculum ne ſe, an Ioanninum appellar vix expectato reſponſo , puram aquam inuerg ſine cauſa noſtri in eam occaſionem imminent, egentibus populis opitulentur.*

## MISSIO. IN. REGNVM. CHI

*CHITVM vrbs eſt et caput regionis in Peru ora magni nominis. Epiſcopus in ea & Præ Regius cum Conſilio.multa Hiſpanorum,Indorum oppida ei ſubiecta.Ipſa vrbs ædificiorum multi*

& incolarum haud multo minor, quam Lima: vnde
abeſt millibus nongentis. iter bonam partem naui con
ficitur, mox etiam pedibus. Cœnobia habet religionũ
fere omnium. Collegio Societatis vt adhuc caruerit,
non eius incogitãtia factum eſt, cum ab Epiſcopo de-
mortuo, Conſilio Regio, Cleroq. fuerit expetitum, ſed
temporum iniuria. Deo nimirũ, vt res meliorem ſorti
retur exitum, prouidente. miſſi ſuperiore anno tres ſa
cerdotes cum ſocio, primo diuertere in hoſpitalem do
mum, quam omnis populus perpetuo celebrauit: octi-
duo poſt, proſequente Magiſtratu Clericiſq. fere pom
pa ſacrorum, in ædium poſſeſſionem, quarum dominã
Societatem fecerunt, introducti. Templum illis con-
iunctum Sanctæ Barbaræ, in cuius patrocinio ſe ciui-
tas collocauit. Domus non incommoda. et iam ali-
quam Collegij formam habet. Ciues de eo inſtituendo
cogitant. nec parua eius rei principia. putarũt enim,
ad decus pertinere publicum, vbi priuatorum utilitas
ſpectetur. Magna apud hanc gẽtem Societatis noſtræ
exiſtimatio. Mulier quædam multa claritudine gene-
ris, cum incidiſſet forte in librum, quo Ignatij Patris
vita deſcribitur, ita affecta eſt, vt eum fere numquã
e manibus dimittat: auctorq. ſit alijs vt diligenter
euoluant: dicatq. omnium piorum lectione commen-
dari debere. Hæc vbi noſtros vidit, tollens manus &
vocem: Grates, inquit, vobis ago Sanctiſſimi Cælites,
quod tandem aliquando in his terris conſpicio alum-
nos Ignatij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## EXPEDITIO. AD. SANCTÆ Crucis in Monte.

SEQVITVR expeditio ad Sancta Cruci Monte, quæ non ex omine ſolum nomin, qu exaltatus Deus a terra, videt in Monte, vt ad ſe pr trahat multos: ſed quoniam ad gentes ignoratas tum oſtium, quo illinc facilis egreſſus, magna ſpem adduxit noſtros prolatandæ religionis. Hu ſi tres: ſacerdotes duo: vnus Laicus: omnes lin ſcientes. etſi obiecta poſtea conatui mora. Indi ſubacti haud procul ab Sancta Cruce, obtendentes H ſpanorum cupidinem & niolentiam, exutſi bel lum occuparant: et qui numquam ſe dediderant ſta latrocinijs habebant loca. ita non ſine no ſtoq. comitatu iter aperiendum. Hac dum parum quarumdam in tractu vallium, vbi Miſchij, Coc bamba, Liza, Tirace, Copachunchum (hæc ſunt no na ciuitatium, quibus extremus terminus Per Regni) commorati noſtri, ſtrenuam operam & fr ctuoſam in Indis Hiſpaniſq. qui iuxta erant va deuij poſuerunt. res ſingulas, memor propoſiti, m memorabo. Ibidum occupantur, Viracani (niſi ſcriptoris errauit manus) homines monticolæ c Ciriguanis (has inter gentes continuum bellu prælio concurrerunt, plurimis eorum interfectis n naginta millibus aberant Cochiabamba. Et Hiſpa rum ſocietatem expetebant. Facta ijs poteſtas v quidem de ſocietate acturi eſſent, tractandis con

cionibus huc pauci mitterentur. Venit Canerius eorum Dux cum comitibus duodecim: quinque egerunt dies. poſt ſesqui menſem reuerſuri ferebantur. Sed de Viracanis, quandoquidem ter eos allocutus vnus e noſtris, & viſa ſunt capacia religionis pectora, nihil erit abſurdum, ſi excedam paululum ad aliquid narrandum. Procera illis corpora, non indecora forma. nemo ſine arcu & ſagittis. rubrica ſe inficiunt, atque hoc, quaſi ignem iaciētes, horridiore aſpectu. amictus lineus vnus, non infra genua: cum in manicas non extendunt: nudi brachia & lacertos: ſed et proxima pars pectoris patet. omnis pars corporis raſa præter caput. crinis, tribus a fronte digitis, & anguſte circum tempora, exectus. ita ampla frons omnibus, nec aures opertæ: ceterus poſt humeros fluit longiſſime. obliquatur quibuſdam, nodoq. ſubſtringitur, mulierum more Hiſpanienſium. Dux promiſerat late nigricantem. circum collum monile iecerat multiplici nexu, cōſertū calculis vitreis colore cæſio. Latius collare alijs pelliceum, aut panneū, e quo ſimiarum dentes propenduli. ornatus, vt inter Indos, in ſpeciē inſignis. Lacertos manuū tenus, ſuraſq. plerique cicatricoſas habēt. Fama eſt, certis diebus, cū inchoatur Luna, aut impletur, oſſeis ſtylis inurere ſibi uulnera, deuotionis cauſa, vel belli rudimētorū, ne uulnerati in prælio, ſuum ſanguinem perhorreſcant. inituros quin etiam pugnam, in ipſo diſcrimine cæcis ictibus concidere corpus: incitamentum fortitudinis. Vinum modice delibabant, aut infra modum. et experti ſunt aliqui, cum pocula eis offerrentur meri plena, nec da-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

retur aqua ad diluendum, ſitim tolerare maluiſſe
certum, formidine ebrietatis, an meracius bibendi
ſolentia. Canerius Dux, ceteris præeminens
turam vniuſcuiuſque hominis facile ſuperaret
decor oris cum maieſtate, quam ornabat modeſtia
etiamſi neſcires, non alium diceres Ducem,
haud multum triginta quinque annos egreſſus
rum tantus viro pudor, vt faciem colloquentis ho-
minis numquam aſpiceret. Hunc ergo ſociosq.
uit vnus e noſtris triduo per interpretem. At
amolienda fuit omnis ſuſpicio cupiditatis, ne
ſeruitutem existimarent, aut religionem Chriſtia-
vi eſſe cogendos. Cetera in hunc modum actæ,
tis me libenter de rebus, quæ ad veſtram
pertinent, diſputantem? Aſſenſi ſunt. Altera
tramini ſupereſſe hominibus vitam hac exuta,
ſpiritus deceſſerit: an ipſum corpusq. extingui
eorum, omnium nomine reſpondit: Homini
ac ceteris animantibus eumdem eſſe animæ
tæ finem. Eſt ne vobis aliquod Numen, quod
mini? Ipſe moderator temporum, ac fons lumi-
cum ſorore Luna. Hic noſter, altiore ſumpto
dum principio, de animorum immortalitate, de
ſitis in altera vita, prout quiſque commeritus
ſempiternis ſupplicijs, aut gaudijs: hæc omnia
argumentorum, & exemplorum euidentia proba-
breuiter diſſeruit. Rurſum interrogati. In cælum
an ad Inferos detrudi mallent. In cælum omnes
ſonante voce dixerunt. At maiores veſtri apud In-
feros cruciantur. proinde diuerſum ab illis tenendum

iter,

iter, ne ſitis eorum pœnæ participes. neque vero hoc moneo, vt Hiſpanis ſeruiatis: ego potius, vt veſtram aſſeram libertatem, me vobis addixero, iugo quamuis duro ſeruitutis accepto. Magna eſt vis Veritatis: ea eſt pulcherrima: et ſuauiſſima eius narratio: quanatumuis ſimpliciter probata, meretur aſſensū. Expreſſit hoc ſacerdotis dictum omnium vocem. et gratiæ actæ. Ipſe ſequitur, inquirens, an quæ ad cælum duceret via, doceri velint. admurmurantibus: Vnum eſſe cæli terræq. effectorem Deum: alienam gloriam in ſe trahentes Angelos, cælo exactos: vacuas ad horum ſedes explendas procreatum hominum genus: quibus e quacumque terrarum ora, Hiſpani Indiue eſſent, aut e qualibet gente, pateret aditus ad cæleſtia. Pronis Viracanorum animis hæc audiebantur. Itaque addendum fuit de dæmonis inuidia aſtuq. per quem & primus eluſus pater, & multæ deinde regiones Solem, Lunamq. res inanimas, & hominū cauſa conditas, ad colendum inductæ. Vbi hæc quoque oratio approbata, myſterium Sacroſanctæ TRINITATIS, vt erat illorum captus, explicari cœptum. Dictū, a Secunda Perſona ſuſceptam hominis formā: nec prætermiſſum de ſanctitate ac veneratione MARIAE Virginis. Cuius amore vt illos inflāmatos sēſit, prouolutus in genua, eius imaginem, quā ſecum attulerat, ſinu exprompſit, pedes ſuppliciter exoſculans: quod ab audientibus factum, vtrūque maxima reuerētia. Concluſus ſermo breui narratione Crucis, quam Chriſtus inſcendit. cui etiam prolato non minor veneratio habita, quam paulo ante eius Parenti. Ita

haud

haud difficile perſuaſum, vt hunc tantum adorarent Deum: ſe ſeq. vbi rediſſent, Chriſtianos fore promiſerunt. Tempus hic viſum eſt admonendi, vt hanc ob rem aſſiduas preces ad Deum profunderent, IESVM MARIAMQ. in ore, atque in animo haberent aduerſus homines, quibus tale perfugium, nihil eſſe diabolo inſidiarum, nihil iniuriarum loci. Poſtremo ſalutare ſignum Crucis, eiusq. virtutē edocti, aliquot munuſculis donati, magna cum ſpe dimittentur, non minore ipſorum lætitia, quam vultu præ ſe ferebant, & voce colloquentes cum interprete, dimiſſi. Ea res vel propter recentem agnitionem gentis non antea cognitæ, vel propter magnitudinem ſpei, quæ deinceps oſtenditur, digna viſa eſt, quæ in Annuas memoriæ cauſa referretur. Septem adhuc menſes erant noſtri in ea conualle, nō infructuoſe operantes et opperientes comitatum militum, qui ſibi venturi ſubſidio per hoſticum ituris. Cum conueniſſent Decembri menſe medio, maturabant proficiſci. Sed deterruerunt viri complures, & graues, afferentes anni tempus minime idoneum, interruptas continuis imbribus vias, inflatos amnes, exundationes Paraguai omnium maximi, qui ſine ambiguo, & prope vltimo vitæ diſcrimine, vado penetrari non poſſet. Satis cito incipi iter, vbi humanitus prouiſum eſt, ne deſtituatur infectum. Parendum fuit tempori: habenda fides virorum auctoritati vtilia ſuadentium: ad menſem Martium extremum extracta profectio, cum interea, partita prouincia excurrerent per vaſtam vallem, darentq. operam vt non modo ſinguli viritim

ſed

ſed familiæ etiam, & , ſi fieri poſſet, terræ genteſq. in
Chriſtianorum nomen coaleſcerent. et tandem nouem
cum militibus, quarto Idus Aprilis iter ingreſſi: Deo
freti ante omnia: tum, ut ſuæ ipſi etiã ſaluti pro uirili
parte proſpicerent: aduerſus ictus bellatorum homi-
num, ſi forte ſagittis impeterentur, caſſide protecti:
aduerſus uenenatarum morſus ſerpentium (Sonalias
vocant) paſtillos manu habentes, non incondito ordi
ne incedebant. via primum per montes præceps &
arrecta. tum deſcenſus in vallem, quæ propter rarita-
tem viatorum, deſerta & infeſta Sonalijs. Sunt ipſæ
cubitali longitudine, craſſitudine trientali, virus
haud vllum magis noxium. morſum mors ſequitur.
Sed imprudentibus vix obſunt. Prominent in extima
cute tubuli ſonantes pro numero annorum, ut adſit
homini ad præcauendum facultas. Huc eorum aduen
tus ſalutaris fuit fratribus germanis duobus, quorũ
vnus undecim annorum, alter anno maior. In eam ual
lem deducti fuerant a parente fugitiuo: eo mortuo,
ignari locorum & itineris, permultos iam dies vitam
agreſtibus pomis, & vulſis herbarum radicibus mi-
ſerrime tolerauerant. Spatioſa porro vallis, & plana:
ducentis fere millibus, nullus, præter geminos viceno
rum paſsuum, collis aſſurgit. ne vnus quidem lapis,
vel auellanæ magnitudine. callis vix peruius. ſiluæ in
immenſum diffuſæ, eaſq. implexi arborum rami ple-
rumque committunt: vt etiamſi præcederent tres
quattuor, qui repurgarent viam, ægre daretur tran-
ſitus, & lacerarentur manus, ac veſtes tranſeũtium.
nonnumquam in trimilliari ſpatio, ſex horas ſeptem-

ue

ue laboratum.augebant ceteram moleſtiam culicum
aculei.Ceterum quatridui profectio propter incertum
metus maxime omnium periculoſa.inſtructis & ga-
leatis procedendum fuit.die vltimo admoniti, veſtes
demiſere ad talos,præportantes manibus Cruces,quo
facilius a Ciriguanis (quibus noſtri ſunt ſocij) ſi
forte eſſent in inſidijs, agnoſcerentur. reliquum iter
perpuſillis ſparſum lacubus. Vbi ventum ad Eu-
guaim,qui circum proxima ſtagnauerat, incerti vtrū
progredi,an regredi tutius eſſet,diu deliberarunt. ſed
præmiſſi iamdiu a Sancta Cruce,commodum occur-
rentes milites duo,gnari locorum,docuerunt vadum,
quod tranſmiſſum eſt non ſine periculo, equis enatan-
tibus. Et ſi impedimenta coniecta in lintres eo tem-
pore fabrefactas. Sunt arbores obeſæ magis, quam
proceræ, Zaiuas appellant,vertice, & radice angu-
ſtioribus,excreſcentes in ventrem: magna illis te-
cies corticis,& medullæ teneritudo: ita facillime
cauantur. Sic per varios tandem caſus & rerum diſ-
crimina, quibus nonnullum intercurrit ſolatium
baptizato vno,atque altero:quorum vterque ſtatim
a Baptiſmo mortem obijt:altero et quadrageſimo die
in Sanctæ Crucis oppidum,inter obuios & gratantes
ciues excepti. Iam uero non ab re fuerit, vt ip-
ſo de oppido, eiuſq. finitimis populis nonnulla di-
cantur.

SANCTA CRVX in Monte,eſt Hiſpanico
oppido nomen: in altera parte montis amnes inter
duos,Argenteum & Maranonium interiecti,montē
eum,quod oram prætexat,ab re,vt coniicio, Cordille-

rara

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ram Hiſpani appellant. Septemdecim amplius gradus ab Aequatore circulo diſtat. Potoſium habet ad Occidentem, Platam (hoc quoque oppidum eſt) ad Orientem: a quo, millibus trecentis viginti. Sexaginta in eo Hiſpani præpollent. His ſubijciuntur, ſi ætatem excipias, ſexumq. deteriorem, Indorum decem millia. ternæ, & quaternæ vxores ſingulis: hinc multiplex ſoboles vnicuique ſuccreſcit. Hi porro Indi in ſuburbijs ſuos incolũt pagos, quorum qui longiſſime, a ciuitate ſex & triginta millibus abeſt. nudi penitus agunt viri feminæq. ad ciuitatem ſiquando veniunt, veſte obducuntur. etſi hoc plerumque negligitur. Caret terra auri argentiq. venis: nec populares tributis atteruntur: exempti oneribus & collationibus. in vſum agrorum viri ſepoſiti: ad colum et bombycem mulieres adactæ. cælum calidum, nec ſenibus inſalubre: ij plerique octoginta annorum, & nonaginta. non item iuuenibus: quorum venandi ſtudium in Sole, inimicũ valetudini. Ceterũ fertilis eſt frugum arborumq: vitium cultura, aut ignorata, aut neglecta. frumentum enaſcitur quidem: ſed quoniam alius omnino, quam in Europa, tenor anni, ignota adhuc eius tempeſtiuitas. Animantes cicures multæ, agreſtes quamplurimæ. uiperarum morſus intra diẽ exitialis, cui theriaca tantum e porcello. uolucres eximiæ nonnullæ. inter ceteras Toca, magnitudine & colore cornicem referens, niſi quod alba pectus. vacuum huic roſtrum, auro fulgens, palmare, non breuius toto corpore, quo uelut remo utitur ad ſcindendum aera. eius apud Peruanos magnus uſus, at-

que

que æſtimatio . Quamquam autem vrbs mari pro
& fluminibus poſita à lacubus tamen piſcatu cir
dat:ſed( quod magnam meretur admirationem an
ſtus eſt fluuius , neque ita profundus , ciuitati pro
mus,cui potum uſumq. præbet.a fonte,vnde euit, a
arenas , in quas ſe immergit , non vltra tru mill
Hic fluuius quotannis circa initium Quadragesim
triplici piſcium genere quorum omnium ſapor ſuau
ſimus,circumfluit:neque vllo opus ad eos captan
artificio:vrceo in aquam immiſſo.plurimi extrah
tur. Id qua vi occultiore naturæ, ijs , quibus ſi
ſtudium inquirendi,relinquamus. Vltra hos Orien
tem verſus ſunt Ciriguani Itatini , cum quibus p
pactione , non victoria . gens ferox armis, & a
mis ingens . Nihil illis antiquius libertate: p
tium eſt mori.ceteris circum populis ſeruitute
probrant. Hiſpanorum vtuntur amicitia, domin
nem abnuentes . Cauerunt propterea, ne in opp
( quæ ſingula conſtant quingenis domibus nō nu
turmatim , ne ve cum gladio admittantur . ingre
datur ſingulis,vel binis,inermibus. animo a Chri
na religione non abhorrent. eius doctorem deſider
Haud ita pridem a Sancta Cruce presbyterum in
lidum ſenecta importare ſolebant, & exportare h
meris,ſella inſidentem. dabant aures docenti, & ba
ptizatus eſt nonnemo . Is nunc obijt . Gratus Cir
guanis noſtrorum aduentus fuit . Iuit vnus ad e
numero principum ( Gaziquas appellant ) vt gau
fungeretur, cum dono aduenticio. Erat ſaccus farin
e qua panem conficiunt ritu gentico, & ſportula

dicta

dicum, quas in delicijs habent. cauſam præfatus per interpretem, vt, cuius gentis linguam addiſcebant, quo eam transferrent in cælum, eiuſdem gentis dapibus inſueſcerent. Eſt & alia Indorum natio intecto corpore, ſaltus & verticem montium iugumq. inſidens, proximorum metu, qui non rapto ſolum viuere, ſed humanis etiam carnibus veſci dicuntur. Centum viginti millibus alia gens abeſt inſeruientium Hiſpanis, Cichitos vocant. hi Ciriguanis plures, Indis, qui circum Sanctam Crucem, pauciores: et Chriſti fidem efflagitant.

*AB SANCTA CRVCE* quadringentis quinquaginta millibus, quattuordecim gradibus ab Aequinoctiali repertæ ſunt biennio ante Prouinciæ tres. Timbiorum, qui in perforatis auribus, naribus, labroq. inferiore, aurum & argentum inſertum habent. Totaicoſiorum. et Tapacurorum. In has Prouincias Hiſpani pacifice ingreſſi, ducentis oppidis ſupra quinquaginta (domus in eis plurimum ducenæ quinquagenæ, & in ſingulis familiæ complures) ditionem auxere. His terris, vrbs quæ præſideat, ædificanda. Sunt illic presbyteri duo inter ſe diſcordes, quod Indorum conuerſioni maxime obeſt. et baptizati ex ijs nonnulli: ſed tantum baptizati: antiquum enim morem ferme obtinent, & adhuc vxores plerique binas vel ternas. Ita, & hi ne relabantur, & alij vt exurgerent, eſſent adiuuandi. Nec longe hinc Dynaſta imperat multitudini, ut rumor eſt, innumerabili: cui per id tempus Hiſpanorũ paucitas non fuit obijcienda. Aliarum etiam audiuntur nomina gen-

tium,

*tium, Comeſii, Iarai, Perbacani, Paitiui, & quæ creberrimas inſulas effici dicunt a magno flumine, quæ omnes habitantur: a quibus abſtineo, quod ſuperiores ſatis eſſe video ad accendendum ſtudium in animis multorum, vt apud has etiam gentes Christiani nominis auctoritas amplificetur.*

*EX PERVANA denique Prouincia [illegible] ſpes, ut uidetis, uberrima, deſtinata eſt alia expeditio in CHILENSE Regnum, quod a Lima [illegible] liaribus diſtat mille quingentis. multæ hic Hiſpanorum ciuitates nobilium, & Epiſcopi duo, noſtræ Societatis percupientes. In tempus commodius differtur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN